



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd angeli custodes hominibus præponantur. xlvi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*Quod apostatae angeli ante ruinam liberum arbitrium haberent.* Cap. XLIII.

**V**Naquęq; enim res quasi tot passibus ad aliud tendit, *Grego. in lib. mora* iot mutabilitatis suę motibus subiacet. Sola autem *suis mora* na incomprehēsibilis ab statu suo nescit moueri: quę libus ab eo quod semper idem est, nescit immutari. Nam si angelorum substantia immutabilitatis motu fuisset ab auctore condita, nequaquam à beatitudinis suę arce cecidisset. Mirè autem omnipotens Deus naturam summorum spirituum bonam, sed mutabilem condidit: vt & qui permanere nollent, ruerént, & qui in conditione persisterént, tantò in ea iam dignus, quātò & ex arbitrio starent: & eō maioris apud Deum meriti fierent, quod mutabilitatis suę motum, voluntatis statione fixissent.

*Cur angelorum spiritus irremissibiliter peccauerunt.* Cap. XLV.

**A**ngelorum spiritus idcirco irremissibiliter peccauerunt: *Ex eiusdem* quia tanto robustius stare poterant, quanto eos carnis amixtio non tenebat. Homo vero idcirco post culpam veniam meruit: quia per carnale corpus aliquid quod semetipso minor esset, accepit. Vnde apud respectū iudicē argumentum pietatis est, hæc eadem infirmitas carnis.

*Quod angelii custodes hominibus præponantur.* Cap. XLVI.

**Q**VIA vero angeli hominibus præsint, per prophētam testatur angelus, dicens: Princeps regni Persarum restitit mihi. *Grego. in suis mora lib. dicit.* Quod vero angeli à superiorū angelorum potestatibus dispensentur, Zacharias perhibet propheta, qui ait: Ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & angelus alius egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabitur Hierusalem.

*Quod singulis hominibus singuli angeli dentur custodes.* Cap. XLVII.

**A**bbas Paulus simplex habebat gratiam, vt ingrediētes in Ecclesiam senes aspiceret: & ex ipsa facie eorum cuiusdam vniuersus cogitationes, siue malae essent, seu bonae seniret. Cū ergo venisset ad Ecclesiam, & ingrederentur senes, vidit eos clara facie, & lato animo ingredi, & angelos eorum cum gaudio pariter cum ipsis. Vnum autem ni-